Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et spongia ibidem intincta frequenter ori stomachi cathetur. Contra fastidium ex habundantia frigidorum humorum detur primo oximel si fuerit humor flegmaticus purgetur cum luna. Si melancolicus cum diasene vel alia competenti medicina. Si fuerit in ore stomachi mixtum cum colatura ventositatis prunarche vel sarpellis detur salsamentum pictaviensium quod fit ex petrosilino modica saluia et pipere modico alleo et aceto. Dentur electuaria cadentia confortativa frigidis dicta ut diatricon piperon diacimimum diamargaron diacitonicum quod in hac causa specialius est inungatur stomachus calidis unguentis ut mariatum arrogon oleo lauri unguento aureo et similibus. Manducandum quod paucibus fastidium dicta cibaria sunt apponenda ex quorum varietate incitetur appetitus nam ydemptitas minor est sacietas. Sint etiam coram eis aliqua cum magno appetitu comedentes ut sic in eis excitetur appetitus et fastidiosus etiam quando contra cibaria sunt apponenda si ea summo desiderio affectat unde id ypocras. Pater deterior cibus et potus detestabilior quidem melioribus. Item gummi cesari si cum vino veteri solutum et potui datum fuerit fastidium nauseatis tollit stomachi dyasis. Terantur mala granata cum cortice et accipiantur libra i fici expressi et libra ii mente et zubare vel mellis libra i buliat simul donec inspissetur. Detur parum iovino cum aqua frigida optime reparat appetitum auicenna verbena portata in sinu vel comesta mire excitat appetitum. Bethonica confecta cum melle et data ad modum fabe facit bene digeri cibum post cenam. Bolismus est immoderatus vel innaturalis appetitus alio nomine dicitur caninus appetitus habet autem fieri ex sola frigiditate oris stomachi dominante aut ex frigiditate cum humore frigidis nam in ore stomachi intensa assumpta cibaria vi expressionis tradit infirmus et sic stomachus inanitur. Inanitus ratione vacuitatis appetitus causatur. Infrigidatur autem os stomachi quando ex febribus precedentibus propter usum frigide dicte quando ex melancolico aqua frigide potu quando vitiis splenis et aliis causis infrigidantibus. Bolismi hec sunt signa quia patiens magis solito et plus debito appetit et assumptis cibis nil addit corpori sed cotidie macrescit et attenuatur. Adest etiam frequenter cum ventris fluxu videndum etiam est an sola frigiditas aut frigiditas cum humore sit in causa. Et si sola fuerit est absque consuetudinaria acetositate vel acetosa eructuatione vel insipiditate oris et agonibus nullius humoris pretendunt hundanda. Si vero frigiditas cum humore affuerit et predicta adest. Si sola frigiditas sit in causa sunt tamen humoris danda sunt quando calefacientia et sompnum calefactibus est vitandum. Si autem cum humore et calefactibus et purgantibus est insistendum primo providendum est eis dieta dominum cum mediana dominum detur cibaria fastidium generantia ut pote unctuosa sicut carnes pingues cibaria multo oleo condita ut unctuositas ori stomachi innatans fastidium inferat. Dentur electuaria ut diatricon piperon diacimimum et etiam similia puluis castorei detur cum vino vel vinum decoctionis eius vel vinum decoctionis saluie rute puluis cassie ligni cum vino et mastice vel vinum decoctionis eorum detur inungatur stomachus cum oleo laurino vel mustellis puluis castorei piperis mastice costi bulliant in oleo mustellis vel similia et ex eo fiat ori stomachi inunctio squilla in vino et oleo cocta ori

nota

De bolismo